

Band VI., Nr. 1689, Seite 89-90

Jutta von Schillingsfürst übergibt alles ihr Eigentum in Elpersheim, Röttingen und Oellingen zum Zwecke der Haltung ihres Jahrtages an das Kloster Schäftersheim, nimmt ihren bleibenden Aufenthalt daselbst und trifft noch weitere Anordnungen in Beziehung auf diesen sowie auf die Versorgung ihrer Mädchen Adelheid von Rothenburg und Elisabeth von Bütthard.

Schäftersheim, 1262. Dezember 10.

In nomine sancte et individue trinitatis. Amen. Cum humane mortalitatis aura velut ros et nubes pertransit matutina incertumque est, quid superventura pariat dies, utile est et necessarium, ea, que geruntur in tempore, ne cum tempore deleantur transeunte, perpetuitati scripture commendare. Innotescat igitur et notum sit omnium posteritati fidelium tam futurorum quam presentium, quod ego Iutta dicta de Schillingsfürst ex divina suggestione volens habere partem in consortio illorum, quibus vivere Christus est et mori lucrum, pro remedio anime mee et parentum meorum gaudens et letanter obtuli universa et pie tradidi illi, a quo bona cuncta procedunt, et sue dilectissime genitrici beate Marie perpetue virgini et ecclesie in Schefftersheim omnia bona mea, que iure proprietatis rite possideo, videlicet in Elpersheim, in Roettingen et in Oellingen, cum universis suis attinentiis, post cursum vite mee iure perpetuo possidenda, ea duntaxat ratione, ut anniversarius meus singulis annis sollemniter celebretur et eodem die sororibus et fratribus in refectorio secundum discretionem regentium consolatio ministretur. Cum igitur seculum vanum sit et nequam et imperfectos quosque alliciat ad diversa, que saluti sunt contraria, spretis et postpositis, que spectant ad mundi vanitatem, de voluntate et consensu domine magistre Berte et totius conventus in Schefftersheim necnon et de licentia domini abbatis Cellensis, ad quem spectat ius paternitatis ibidem, elegi mihi mansionem infra muros ecclesie, ut ibi familiaris et devotius possem vacare contemplationi et officio divino. Et quia me ibidem contigit vivere de proprio et habere familiam simul et animalia, excepi, ut mihi proventus de predictis bonis quoad vitam meam libere diservirent et licitum esset mihi pro mea voluntate hinc inde superflua ad eleemosinas erogare. Et ut animalia mea facilius nutrentur, ecclesia se ad hoc obligavit, ut mihi singulis annis XX maldera avene, IIII carratas foeni et VIII plaustra straminis administret. Ligna vero in sylva ecclesie in meis propriis vecturis adducam. Sane si procedente tempore ecclesia in alium

II

statum deducta fuerit et mutatio facta in magistra sive in proposito^a, et me fortasse indebite molestare et a loco contra meam voluntatem amovere voluerint et contraire his, que supra dicta sunt, me et meam voluntatem pono in manus venerabilis et dilecte matertere mee domine Richze de Hohenloe et suorum filiorum, meorum consanguineorum, Alberti scilicet, Craftonis et Cunradi, nec non et venerabilium dominorum abbatis Cellensis et mei confessoris, qui tunc pro tempore fuerint. Quo[d] si ipsi inter me et ecclesiam, sicut prelibatum est, componere potuerint, in nomine domine stabit, ut dictum est, sin autem, quod absit, ego facultatem habebō liberam recipiendi mea et me cum omnibus bonis meis potero conferre, ubi placuerit et mihi visum fuerit expedire. Preterea compromissum est, ut post obitum meum ecclesia de eisdem bonis vel de aliis Adleide puelle mee dicte de Rotenburck X maldra siliginis quoad vitam suam singulis annis provideat et alteri puelle Elisabeth de Botritt¹ in Sultzdorff incluse VI maldra eodem pacto administret, quibus defunctis libere cedet ecclesie et absolute. Ut autem hec firma et inconvulsa permaneant, presens scriptum testimonio sigillorum predicte matertere mee de Hohenloe et suorum filiorum Alberti, Craftonis et Conradi cum sigillis abbatis Cellensis et ipsius ecclesie de Schefftersheim petivi roborari. Testes: Conradus abbas Cellensis, frater Widcho, frater Albero, quondam abbas, domina Richza de Hohenloe, Albertus, Crafto, Cunradus, filii eius, Agnes filia eius, Willebirck de Wertheim, Godefridus filius Alberti de Hohenloe, Hermannus senior Lesche, Erckingerus schultetus in Roettingen, Hermannus de Seheim, Hermannus iunior Lesche, Marquardus de Krowelsheim, Beringerus decanus in Roettingen, Conradus plebanus in Weickartsheim et alii plures utriusque sexus. Acta sunt hec in ecclesia Schefftersheim coram altari, anno domini MCCLXII., IV. idus Decembris.

—

Nach einer jüngeren Abschrift im HZA Neuenstein.

^aSo die Vorlage, allein in JOHANN CHRISTIAN WIBEL: Hohenlohische Kyrchen- und Reformations-Historie: aus bewährten Urkunden und Schriften verfasst, und nebst einem Vorbericht von der Graffschaft Hohenlohe überhaupt, 4 Bde., Ansbach 1752-55, Bd. 2, S. 68, heißt es *preposito*, auf den *abbas Cellensis* zu beziehen, was schon mit Rücksicht auf das folgende *voluerint* richtiger ist.

¹Vielleicht Bütthard, Bütthard, WÜ.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HZA Neuenstein

Signatur/Titel des Originals:

GA 10 Schubl. 23 I Nr. 8

Überlieferung und Textkritik:

Abschrift; war ehemals im Fürstlich Hohenlohischen Hausarchiv in Öhringen. Regest in der Verzeichnung der von Hohenlohe an eine kaiserliche Kommission übergebenen Urkunden des Klosters Schäftersheim Nr. 18: StA Würzburg, 2003 vom StA Ludwigsburg abgegeben, alte Signatur war B 502 Bü 2 Nr. 30.

Editionen:

Wibel: Hohenlohische Kirchenhistorie, Bd. 2, Codex Diplomaticus, S. 68, Nr. 47.

Regesten:

Stälin: Württembergische Geschichte, Bd. 2, S. 567.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Schäftersheim

Ortsindex:

Bütthard, WÜ

Crailsheim Wohnplatz (2822)

Crailsheim, SHA

Elpersheim Wohnplatz (3874)

Elpersheim, Weikersheim, TBB

Hohenlohe, Simmershofen, NEA, W

Oberzell, Zell am Main, WÜ

Oellingen, Gelchsheim, WÜ

IV

Rothenburg ob der Tauber, AN
Röttingen, WÜ
Schäftersheim Wohnplatz (3886)
Schäftersheim, Weikersheim, TBB
Seenheim, Ergersheim, NEA
Sulzdorf, Giebelstadt, WÜ
Weikersheim Wohnplatz (3887)
Weikersheim, TBB
Wertheim Wohnplatz (3960)
Wertheim, TBB